



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Fama, Seu Infamia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

FAMA SEU INFAMIA.

FAMA, SEU INFAMIA.

Primo, quid sit; Vide Marian. Socin.
in cap. qualiter, & quando, de accusat.
articul. 9. Fel. in cap. veniens, si 1. de testam.
Dec. in cap. 1. de appellat.

Secundò fama, quando probet cum
uno, vel pluribus testibus, vide in ver.
testes, & text. & ibi scribentes, in cap.
præterea, de testib. Foller. in pract. crim.
6. p. n. 2. ver. item & num. 1. & cap. 1. de ap.
pellat. & ibi gl. in ver. fama, & decif. Rot.
16. de prab. in noviss. ubi ait famā solum,
nec plenam. , nec semiplenam facere
probationem.

Tertiò, duo testes sufficiunt ad pro
bandum famam , modo sint omni ex
ceptiones majores , Pen. com. 18. num. 3.
par. Direct. Inquisit. & dicit esse com
munem opinionem, vide Diaz. in pract.
crim. Canon cap. 140. de num. testimoniis ad
probandum infamiam, Vide Caiet. 2. 2. q.
69. art. 1. D. Ant. 3. p. tit. 9. cap. 7. §. 1.
Clar. quest. 6. ver. sciendum.

Quartò, fama vehemens est sufficiens
ad torturam , modo concurrant aliqui
testes, prout Grammat. d. tif. 34. nn. 51. 52.
& infra, & quando sit vehemens , vel
non, est arbitrium judicis , intelligit de
fama probata per testes omni exceptione
majores , prout *supra*, vide de hac fama,
quando adjuncta aliquibus ad initilis
in probationibus difficultibus sit sufficiens
ad condemnandum , Gram. dec. 42.
num. 2.

Quintò, fama bona in inquisitorum tol
lit unum indicium , & quod alijs esset
sufficiens ad torturam, vide eundem dec.
60. num. 12. Boss. in tit. de inquisit. nn. 24.

& num. 26. & infra, & facit, ut inculpa
tus à socio criminis, elidat tale indicium,
etiam in exceptuatis , Gram. decif. 28.
num. 17.

Sextò , fama in eis, quæ excedunt me
tam memorie humanae , satis probat, &
credulitatem inducit , l. indicia , c. dres
vend. Novel. de jure protim. §. quintus. n.
63, & 96.

Septimò , fama sufficit de morte viri,
quando prefectus esset in longinquum.
Ant. in cap. 1. in presentia , desponsi. Sylv.
ver. matrimonium. 8. quaest. 13. ver. 4. Nav.
cap. 22. num. 53.

Octavò , fama longi temporis non
probatur matrimonium , nec beneficium,
Bald. in marg. Inn. in ver. matrimonium,
non probatur.

Nonò , infamia quenam sit, quæ sit
sufficiens ad repellendum aliquem a con
sequitione beneficiorum , vel dignita
tum , vide Dyn. in cap. infamib. & addit.
de reg. iur. 1. 6.

Decimò , fama potest probari per duos
testes , gloss. recepta 1. 3. §. eiusdem ff. de
testib. & ibi Bart. nn. 11. sed non debent
dicere, quod ita audierant , sed quod à
tali , vel tali persona.

Undecimò , fama quando probet
Doctoratum, nobilitatem, & alias simi
les qualitates, & quando probet, licet te
stes non dicant à quibus audierunt , &
quando etiam cum uno teste non pre
bet. vide Caput aq. decif. 7. par. 2.

FORUM EPISCOPALE.

Primo, quot modis quis contrahat
vide Gl. in c. 1. 3. q. 6. c. fide foro compet
cap.